 cio scdm partem vel est partialis identitas aliquorum duorū
Causa defectus est diuersitas eorundem; **D**iuina fallacie tres
 sunt modi **P**rimus modus prouenit ex eo quod aliquid
 vere predicatur de aliquo subiecto et propter hoc creditur ve/
 redici de accidente eius a quo est diuersum. **V**el sic quā aliqd
 pmo attribuitur rei subiecte in premissis et postea attribuitur
 eius accōtēti in cōclusionē: vt hic homo ē spēs sortes ē homo
 ergo sortes est spēs **D**icendū quod non valet. qz ille terminus spe
 cies qui est attributum assignatur inesse sorti qui est accidēs

eo q̄ dicitur de homine quod est res subiecta. Simile est hic
Aial est genus homo est aial. ergo homo est genus. Sicut hic.
Omne es est naturale. statua est es. ergo statua est naturalis.
non sequitur q̄ naturale vere predicatur de crez̄ propter hoc
attribuitur in conclusione statue quod non fit vere. Sicut hic.
Cognosce choruscus. Choruscus est veniens. ergo cognosco
venientem. Dicendum q̄ non oportet q̄ si cognoscas choruscum
cum fin se et propter hoc cognoscas eum sub illo antecedente q̄d e
veniens. ¶ Secundus modus puenit ex particulari identita-
te aliquorum duorum in alioq̄ tercio. Vel quando alioq̄ comu-
ne predicatur de aliquibus duobus cum quibus est in parte
idem et in parte diuersum. Et propter hoc illa duo creduntur
eadem esse inter se. vt hic. Sortes e homo. Plato e homo. ergo
plato est sortes. Sicut hic. Homo est aial. Equus est animal. er-
go equus est homo. Dicendum q̄ non oportet q̄ si aliqua duo
conueniant in aliquo tercio. vt propter hoc conueniant inter se.
¶ Tercius modus prouelit quando ex duobus accidentibus
diuisim sumptis male inferitur aliquod comiunctu f̄z acc̄s. vt
iste est albus et est monachus. ergo est albus monachus. Sicut
hic. Ille canis est pater et est tuus. ergo ille canis est pater tuus.
non sequitur. quia licet illa conueniant in aliq̄bus fin partes
tamen fin aliam partem differunt. ¶ Et sciendu q̄ non licet ex
diuersis inferre comiunctu vt habetur sec̄do per hermenias
quando predicantur diuersa accidentia sibi inuicem per acci-
dens comiunctia. sicut album esse monachum. Sicut quando
duo pdicantur quoz. sedz intelligitur in p̄mo vt vlt̄ in suo spe-
cialiori. vt iste est ho et est aial. ergo est ho aial. q̄ aial intelli-
gitur in hoie sicut albu in hoie albo. Sed in oibus alijs licet ex
diuersis inferre comiunctu. ¶ Unde notandum quando aliqua
duo accidentia pdicantur de aliquo quozum p̄mu in subiecto e
per alterum et no per se. ex talibus diuisim captis don licet in-
ferre comiunctum. nec econtra. vt Ille est albus et est monachus.
ergo est albus monachus. Nam albedo no est in subiecto fin se
s̄ sc̄m habitu. Sicut ex comiunctis non licet inferre diuisum
quando ista que coniunguntur diminuut de rone alteri. vt est
ho mortuus. ergo e homo et mortuus. In omnibus aut alijs
licet ex comiunctis inferre diuisum. Sed illud vltimum argu-
mentum facit fallaciam secundum quid ad simpliciter.

Equitur de fallacia s^m quid ad simpliciter Dicitur s^m
 quid appellatur hic determinatio diminutis de rōe. vel
 de esse eius cui adiungitur: vt cum dico: homo mortuus. ibi
 mortuum diminuit de rōne hoīs Dicitū simplr appellatur qd
 est aliquod indiuiduum: ut homo ¶ Fallacia scdm qd ad sim-
 pliciter est idoneitas decipiendi prouiciens ex apparēti conue-
 nientia dicti scdm qd ad dictum simpliciter Causa apparētie
 huius fallacie est conueniētia dicti scdm qd ad aliud quod est
 simplr ⁊ econuerso Causa falsitatis est diuersitas significatoꝝ
 Fit autē hec fallacia tot modis quod modis contingit alicui
 addere determinatōem diminuentem Et ponūtur hic quiqz
 modi. ¶ Primus modus fit scdm partem in mō: vt ille est ho-
 mo mortuus. ergo est homo non sequitur quia mortuum di-
 minuit de ratione hoīs Similiter hic Chimera ē ens opiabi-
 le. ergo est ens. non seqtur quia opinabile diminuit de ratiōe
 huius quod est esse ¶ Secundus modus fit scdm ptem inte-
 gralem: vt ethiops est albus scdm dētes. ergo ethiops ē albus
 ¶ Tercio mod^o fit i his que sunt circa ad aliquid. vt diuitie nō
 sunt bone male vtenti. ergo diuitie nō sunt bone nō seqtur. qz
 licet diuitie comparate ad aliqd non sunt bone tamē in se sunt
 bone ¶ Quartus modus fit in his que scdm locū sunt: vt bo-
 nū ē mactare patrē in triuallis. ergo bonū ē mactare patrē suū
 Vel sic bonū ē vti dicta in locis egrotatiuis. ergo est bonum
 vti dicta ¶ Quintus modus fit in his que sūt scdm tps. vt bo-
 num est ieiunare in quadragesima. ergo bonū est ieiunare ¶
 sic Expediit alicui mederi qm̄ egrotat ergo expediit alicui mede-
 ri nō seqtur. qz licet expediat mederi s^m qd nō tū simplr. Sci-
 endū at q^d in oib⁹ istis inspiciendū est ad cōtradictōem vt si aliq^s
 rōdens dicat q^d nō expediat mederi Et apponens assumat qd
 expediit qm̄ egrotat. non cōtradicit ei. sed stat in fallacia scdm qd
 ad simpliciter ¶ Et ē notandū q^d eadē est fallacia si ex eo qd est
 scdm qd inferatur dcm̄ simpliciter Et econuerso a dicto simplici-
 ter ad dcm̄ s^m qd. Sed aduertendū q^d in ista fallacia arguendū
 a dicto s^m qd vt in pluribus arguitur affirmatiue sed a dicto
 simpliciter vt in pluribus arguitur negatiue.

Lenchus est syllogism⁹ cōtradictōis vni⁹ ⁊ eiusdē nō
 noīs tm̄. nec etiā rei tm̄ sed noīs ⁊ rei simul. nō synony-
 mi sed eiusdē Et ex his que dicta sunt de necessitate nō conu-

merato eo quod erat in principio ad idem secundum idem sicut et in eodem tempore ¶ Elenchus est syllogismus contradiccionis id est syllogismus concludens contradiccionem propositis date a respondente Indefinitio elenchi quedam ponitur ratione syllogismi. ut ex his que data sunt ex necessitate accidere per quod remouetur fallacia occurrat Et ponitur non connumerato eo quod erat in principio. per quod remouetur petitio principij: ut postea patebit Alia ponitur ratione contradiccionis vnius et eiusdem id est vnius subiecti et predicati: vni nisi esset idem subiectum et idem predicatum non esset contradiccionis. ut ethiops est niger. et ethiops non est niger secundum debites ex quo non est idem predicatum non est contradiccionis Et similiter hic Nullus homo mortuus currit. et quidam homo currit non est contradiccionis quia non est idem subiectum ¶ Item ad idem secundum idem sicut et in eodem tempore ponitur ratione contradiccionis Et contra istas quatuor periculas peccat hec fallacia que dicitur ignorantia elenchi. Alio modo capitur generaliter et tunc definitur sic Ignorantia elenchi est vni defectus generalis ad quem reducuntur omnes alie fallacie ostendendo quod peccat contra istas periculas ut patebit Item autem pericule non nois tantum. nec rei tantum sed nois et rei simul. non synonymi et eius ponitur ratione syllogismi et contradiccionis. quia ista erigunt quod nomen sit vni et res vna et quod non sit nomen synonymum ¶ Ad non est ibi contradiccionis Tullius currit et Marcus non currit nec est hic syllogismus ¶ Ois gladius scindit. quedam instrumentum est ensis. ergo quoddam instrumentum scindit. ¶ Fallacia ignorantie elenchi est idoneitas decipiendi pueniens ex apparenti obseruatione pericula rum definitiois elenchi que conueniunt ei ratione contradiccionis tantum. scilicet ad idem secundum idem sicut et in eodem tempore Causa apparentie huius fallacie est conuenientia apparentis contradiccionis ad veram contradiccionem Causa falsitatis est diuersitas eorundem. ¶ Huius fallacie quatuor sunt modi. Primus modus est contra hanc periculam ad idem: ut duo sunt duplum vnius Et non sunt duplum trium. ergo duo sunt duplum et non duplum. quia in vtraque premissarum non sumitur duplum ad idem Ideo non sequitur ¶ Secundus modus peccat contra istam periculam secundum idem: ut hoc est duplum illi secundum longitudinem et non est duplum illi secundum latitudinem. ergo est duplum et non duplum Non sequitur quia duplum non sumitur secundum idem. licet sumatur ad idem respectu eiusdem ¶ Tertius modus peccat contra istam periculam Similiter: ut homo est spes. et nullus homo est spes. ergo idem est

species et non species. Ad sequitur quod ibi non est contradictio in premissis. eo quod ille terminus homo non sumitur simpliciter quod in una sumitur pro inferioribus et in alia non. sed pro se toto vel pro sua forma. Quartus modus huius fallacie peccat contra hanc particulam. et in eodem tempore. ut manus mea est clausa in hoc instanti et non est clausa in hoc instanti. ergo est clausa et non clausa. Non sequitur quod non est in eodem tempore. Differt autem hec fallacia a fallacia secundum quod ad simpliciter quod in illa est processus ab uno secundum quod sumpto ad unum simpliciter sumptum: ut hoc est duplex secundum longitudinem. ergo est duplum. In ista vero est processus a duobus secundum quod sumptis ad duo sumpta simpliciter. ut hoc est duplum illi secundum longitudinem et non secundum latitudinem. ergo est duplum et non duplum.

Equitur de fallacia petitionis principii. Petere principium est quod conclusio que debet probari sumitur in premissis cum ergo hoc sub eodem nomine non potest seipsum probare: ut homo currit. ergo homo currit. In talibus est petitio principii. et est ibi argumentatio ridiculosa nec cadit sub arte. Nec est petitio huius quod est in principio. Aliud enim est petere principium. et aliud est petere quod est in principio. quod petere principium est quod petitur idem sub eodem nomine ut homo currit. ergo homo currit. Et sic arguendo nulla est fallacia. quod non continetur sub aliqua specie argumentationis. nec secundum veritatem nec secundum apparentiam. sed talis petitio principii peccat contra syllogismum simpliciter deum. Sed petere id quod est in principio est quando idem petitur sub diverso nomine: ut aial rationale currit ergo homo currit. Vel sic: Petere id quod est in principio est quando minus notum sumitur ad probationem magis noti. Fallacia petitionis principii est idoneitas decipiendi. puenies ex apparenti magis noto antecedente ad appares minus notum consequens. Vel sic. Est idoneitas decipiendi puenies ex apparenti diversitate antecedentis et consequentis. Causa apparentie est apparendi diversitas antecedentis ad consequens. Causa defectus est diversitas eorundem. Petitur autem id quod est in principio duobus modis. ut patet octavo topicorum. Primo modo quod definitum petitur in definitione et e contra. ut si dubitatur utrum homo currat vel non currat fiat argumentum. aial rationale currit ergo homo currit nulla est ibi probatio quod quod unum dubitatur necesse est alterum dubitari et ita sumatur unum ad probationem alium peccatum est. Secundus modus est quando

particulari petitur in vniuersali: vt nullus .homo currit. ergo
 sortes non currit. **¶** Al si aliq̄s debeat pbare qđ oim cōtrarioꝝ
 sic eadem disciplina z assumat oim oppositoꝝ ē eadē disciplina er
 go oim cōtrarioꝝ ē eadē disciplina. hic petitur cōclusio ī p̄miss
 sis. **¶** Tertius modus ē qñ vlē petitur in particularibus: vt si ali
 quis debeat pbare qđ oim oppositoꝝ ē eadē disciplina z sumat
 illā oim cōtradioꝝ ē eadē disciplina. z c̄ijs . ergo oim oppo
 sitoꝝ ē eadē disciplina. **¶** Vel sic Sortes currit plato currit z sic
 de alijs. ergo ois homo currit. **¶** Quartus modus est qñ con
 iunctū petitur in diuisis vel e contra: vt si aliq̄s debeat pbare
 qđ medicina est disciplina sani z egri. z arguatur sic. medicina ē
 disciplina .sani. z medicīa ē disciplina egri. ergo medicina ē disci
 plina sani z egri. **¶** Quintus modus ē qñ vnū relatiū petitur in
 alio: vt si q̄s debeat pbare quod sit sortes pater platōis. Et p
 barur sic. plato ē fili⁹ sortis . ergo sortes ē pater platōis nō se
 quitur. qz hoc assumitur quod est pbandū. **¶** Sciendum qđ
 hec fallacia nō peccat cōtra syllogismū inferentē sed pbantem
 Et ita fallacia petitionis p̄ncipiū peccat cōtra syllogismū dia
 lecticum in quantum dialecticus est

¶ Fallacia cōsequētis dōm̄ ē. Scđm cōsequens si uue
 paralogismi eo qđ credimus cōsequētiā cōuertī q̄ non
 cōuertitur. **¶** Fallacia cōsequētis ē idoneitas decipiēdi pueni
 ens et apparēti cōuertibilitate cōsequētis cū aīcedēte. **¶** Vel sic
 Est apparētia consequētie cōuerse que nō cōuertitur. **¶** Causa
 apparētie huius fallacie ē cōuēientia vnius cōsequētie bone
 ad aliā nō bonā. **¶** Causa defect⁹ est diuersitas corūdes. **¶** Et sci
 endū qđ bene tenet argumētū a positōe aīcedētis ad positō
 nem cōsequētis. **¶** Huius fallacie tres sunt modi. **¶** Prim⁹ mo
 dus ē quando arguitur a destructōe aīcedētis ad destructio
 nē cōsequētis: vt si homo ē aīal ē. ergo si homo nō ē aīal non ē
¶ Vel a positōe cōsequētis ad positōem aīcedētis: vt si mel est
 rubeū ē. ergo si rubeū ē mel est. **¶** Ad istū modū reducūtur om̄es
 p̄raue argumētatōes ab inferiori ad supius. **¶** Destructiue. **¶** Vñ
 quotiēscunqz fit p̄cessus ab inferiori ad supius cō distributio
 ne superioris vt ois hō currit. ergo om̄e aīal currit ibi fit fallaci
 a vel nullus hō currit. ergo nullū aīal currit. **¶** Secūdo mod⁹
 solet poni ab sufficienti inductione singularium: vt sortes est
 animal et ecōuerso plato est aīal z ecōuerso. z c̄ijs. ergo om̄is

homo est alal et econuerso ¶ Hic enumerantur oia singularia
 llius **N**is homo est aial. et no huius oia aial est homo q̄ significat
 estur p̄ conuersionē huius qd̄ ē econuerso ad hāc oia hō ē aial
 ¶ **T**ercius modus p̄ueit ex cōiter acc̄tib. Et dicitur cōiter
 accidētia q̄ se aliquādo cōsequūtur et aliq̄n nō: vt iste est comp
 tus ergo ē aduiter **S**ilr hic **M**usa et poeta silr terminātur. s̄
 musa est sei ḡnis. ergo et poeta Non seq̄tur qz idētitas ḡnis et
 terminatōis aliq̄n se cōsequūtur et aliq̄n nō **S**i dicat aliquis
 qz hoc ultimo mō nō tenet ecōuerso. ergo ibi nō est consequētia
 ¶ **D**om est qz ergo s̄m quosdā sumitur cōsequētia a cōiter acc̄
 cidētib. ad cōsequētia necessariā et pbabilē **E**t in istis nō sumi
 tur consequētia necessaria sed probabilis **T**aliter aut ordinan
 tur isti modi ab Aristotele modo dicto

Equitur de fallacia s̄z non causam vt causas **A**d cuius
 enidētiam sciendū qz duplex ē syllogismus. scz ostēsiuus
 et ad impossibile. **S**yllogismus ostēsiuus est q̄ habet vnā solas
 cōclusionē **S**yllogismus vero ad impossibile ē q̄ aliq̄s syllogi
 stice ducitur ad impossibile. et p̄ter hoc interimitur aliqua p̄mis
 sarū q̄ erit causa illi² impossibilis **U**n̄ iste syllogism² semp̄ habz
 duas cōclusiones. vt sc̄i d̄r **E**st ne homo asinus **H**oc concessio
Cōtra. **N**ullus asinus est aial rōnale mortale hō est asin². er
 go hō nō est aial rōnale mortale. sed hoc ē impossibile ergo et ista
 hō est asinus. **E**t dictus syllogism² est in quarto mō p̄me figu
 re **E**t sciendū qz non causa vt causa s̄p̄ fit in syllogismis ad ipof
 sibile. ¶ **F**allacia aut s̄m nō cāz vt eaz sit q̄n nō causa vt causa
 ponitur et p̄ter hoc apparet sequi impossibile et illd̄ qd̄ apparz
 eē cā interimitur. vt si q̄ratur **E**st ne brunellus homo **D**uo cō
 cesso arḡuitur **C**ontra **N**ullus asinus est aial rōnale mortale
 sed homo est asinus et brunellus est homo ergo homo non est
 aial rōnale mortale **H**oc est impossibile. ergo brunellus non est
 homo **I**n hac dicta argumentatōe ē non cā vt causa qz interi
 mitur id qd̄ apparet eē cā et non ē. scz brunellus ē homo ¶ **F**al
 lacia non cause vt cause ē idoneitas decipiēdi p̄ueiēs ex appa
 rēti conueniētia p̄misse non cause ad aliā causam **C**ausa appa
 rentie huius fallacie ē cōueniētia hui² qd̄ apparet eē causa et
 non ē cū eo qd̄ est causa **C**ausa falsitatis ē diuersitas eorūdem
Tale exemplū ponit Aristoteles huius fallacie vt querēdo sic
Sunt ne aia et vita idem **D**uo concessio **C**ontra **D**ors et vita

sunt cōtraria sed mors est corruptio: ergo vita est generatio et
per cōsequens viuere est gñari. sed hoc est impossibile quia q̄c
quid uiuit nō generatur sed generatū ē ergo aia z vita nō sunt
idem. Hec argumentatio peccat s̄m nō cām vt cām qz ex hoc
qz aia z vita sunt idē nō seq̄tur impossibile z ita nō d̄z interimi
Sed ista mors z vita sunt cōtraria. qz in oibus his id qd̄ nō
est causa apparet esse cā. qz cōcant in terminis cū aliq̄bus. ppō
nibz ex quibus seq̄tur impossibile Existo pz qz ista fallacia nō fit
in syllogismo ostēsiuo vt ois homo currit sortes est hō. z sol est
in cācro. ergo sortes currit Hic nō est fallacia nō cāc vt cāc. q̄a
hec. ppositio sol est in cācro nō est causa neqz apparet cē causa
sicut apparet in syllogismo ad impossibile.

De ppositionibus plures

Propositio plures ē illa in qua plura predicātur de plu
ribus vel plura de vno. vel vnū de pluribus: vt sortes
currit z disputat **A** sic Est ne hic z hic hō demonstrato sorte
z brunello vel sortes z plato currūt z disputāt. **P**ropositio
vna aut ē in qua vnū predicatur de vno Et hoc quadrup̄ lris
ue vnū nūero: vt sortes ē sortes siue vnū sp̄s vt sortes ē hō si
ue vnū gñe: vt sortes est aial siue vnū s̄m p̄us z posteri⁹ vt hō
est ens. aial ē sanū Aut p̄dicātur plura ex q̄bus fit vnū: vt hō ē
aial rōnale mortale Sedz plures interrogatōes s̄nt p̄alogis
mi q̄ ad interrogatōem plures datur vna respōsio **F**alla
cia s̄m plures interrogatōes ut vnā est idoneitas decipiendi p
ueniēs ex cōueniētia interrogationū plures ad interrogatōem
vnā Causa apparētie ē vnitas interrogatōis complere Causa
falsitatis ē pluralitas ipsius interrogationis cōplere **N**ota qd̄
duo sunt modi huius fallacie. Primus mod⁹ ē q̄n plura in sin
gulari nūero subijciūtur vel p̄dicātur vt hic est ne hic z hic hō
demonstrato sorte z brunello si dicatur qz sic ergo brunellus est
hō si nō ergo sortes nō est homo **H**ō em bñ n̄dit q̄n fecit nisi
onē vnā ad interrogatōem plures sed debuit r̄dere. vep. ē p
vno z falsuz p̄ alio **S**cd̄s mod⁹ ē q̄n plura in plurali nūero
subijciūtur vel p̄dicātur: vt sunt ne ista bona vel non bona de
mōstratis bono z non bono Si dicat bona. ergo malū est bo
nū si dicat nō bona. ergo bonū est nō bonū Debuisse em r̄de
re. bonū ē bonū z malū ē malū. Si at cōcedat q̄s dari definitō
nes s̄m mō in singulari z plali: vt cecū est aptū natuz videre et

nō videt. Et ceca sunt apta nata videre z nō vident. nō effugite redargutōem demonstrato vno ceco z altero vidente. Et q̄ratur sic sunt ne illa ceca vel nō ceca. Si ceca ergo illud ē cecum demonstrato vno videte. Ad em̄ dicebat illū eē cecū z illū eē videntem. sed dabat vnā responsionem eo q̄ concessit q̄ consimilis daretur definitio in singulari numero z in plurali.

¶ **Q**st heca ut reducendū est oēs fallacias ad ignorantia elenchi. ¶ Reducere at̄ oēs fallacias ad ignorantia elenchi ē ostēdere qualiter fallacia qlibet peccat cōtra aliquā particulā in definitōe elēchi positā aut rōe syllogismi aut rōe cōtra dictōis. Sicut em̄ dīna adueniens generi constituit spēm. ita rō cōtradictōis adueniens syllogismo p̄stituit elenchū. Vñ q̄e q̄o ē in elēcho aut ē in eo rōne contradictionis aut rōe syllogismi de em̄ Aristo. q̄ diuidētū ē oēs syllogismos apparetēs z elenchos aut reducendū ē oēs ad ignorantia elēchi. ¶ **E**quocatio et amphibologia z figura dōis reducūtur ad ignorantia elēchi eo q̄ ibi impediūt esse syllogismū z cōtradictōem. ¶ **S**ed cōpositio accētus z diuisio reducūtur ad ignorantia elēchi. ¶ **E**o q̄ nō est orō eadē vel idē nomē sed dīffereus oportet aut hoc scz nō mē et rōne eē eandē quē ad modū z rem si debeat esse elenchus. ¶ **Q**ui vero s̄m accētis fiunt manifesti sunt finito syllogismo. qz fiunt cōtra particulā in definitōe elēchi positā scz necesse est aliōs artifices z scientes sepius ab inscijs redargnūtur facientibus syllogismos contra sapientes. nam s̄m accidens faciunt syllogismos apparetēs. ¶ **Q**ui vero s̄m quō ad simplē fiūt reducūtur ad ignorantia elenchi. qm̄ de eodem non est affirmatio z negatio vt ethiops est albus s̄m dentes. ergo est albus. ¶ **M**anifesti at̄ sunt syllogismi qui bus dicti sunt z quales nuncupātur. ¶ **Q**ui s̄o fiūt s̄m id quod petitur in p̄ncipio z q̄ fiūt s̄m non cām. vt causam peccāt manifeste cōtra definitōes syllogismi. qz in syllogismo oportet seq̄ aliud de necessitate quod non erat in p̄ncipio z sic oportet q̄ p̄mise sint cause conclusionis syllogismi. ¶ **Q**ui vero fiunt s̄m consequens reducuntur sicut illi qui fiūt s̄m accidens. ¶ **Q**ui fiunt secunduz plures interrogationes vt vnā reducuntur ad elenchum eo q̄ peccant cōtra vnitatez propositionis. ¶ **I**bi enim non sumitur propositio vnā z per cōsequens nec propositio. ¶ **N**am eadem est definitio vnus rel

z rei: vt hoīs z vni⁹ hoīs silt aut z in alijs Un ppositio vna v
nū de vno affirmat. s; nō ē ita in ppōne plures in q̄ pōdicantur
plura de vno vl vni de plurib⁹ z ppter hoc peccāt cōtra vnita
tē ppōnis ¶ Itē oēs fallacie in dōcōe s; q̄o ad simplr reducūtur
ad ignorātiā elēchi eoq̄ peccāt: z traditōne Dēs sūt alle fal
lacie extra dōcōez reducūt i s; q̄ peccāt: z traditōnez syllogisim

¶ Finit tractatus sext⁹ seq̄tur tractatus septim⁹ de suppone

Quoniam que dicuntur quedā dicuntur cū cōplexione
vt homo currit: quedā s; sine cōplexione vt hō q̄
est terminus incōplexus ¶ Terminus vt hic sum
mitur est vox significās vlē vl p̄ticulare: vt hō vel sortes Ter
minoz aut incōplexoz vnusquisq; aut significat substantiam
aut qualitātē aut q̄ritatē. aut ad aliqd. aut agere aut pati. aut
vbi. aut q̄n. aut sicut aut habitū ¶ Significatio vt hic sumitur
ē rei p. vocē s; m placitū rep̄ntatio Quare cū oīs res aut sit vlis
aut p̄ticulatio Oportet dōcōnes nō significātes vlē vel p̄ticula
re non significare aliqd Et sic nō erūt termi. vt hic sumitur ter
minus prout significat vniuersale vel particulare ¶ Signifi
cationū alia est rei substantie. z hec fit per nomē substantiū vt
homo Alia est rei adiectie z hec fit per nomen adiectiuū. vt al
bus Alia per s; bū. vt currit. que non ē pprie significatio sub
stantiua vl adiectia. sed significatur aliqd substantiue vl adiectie
Et significare aliqd substantie vel adiectiue sunt modi vocis
sed adiectiuatio z substantiuatio sunt compotes modi z dōcō
rerū. q̄ significātur z nō sunt modi p̄catōis Un noīa substantia
dicūtur supponere. sed noīa adiectia z verba dicūtur copula
re ¶ Suppō est acceptio termi substantiui p aliquo Differūt
aut suppositio z significatio. Significatio aut fit p imposi
tionem vocis ad significandū rem. Suppō est acceptio termi tā
significātis rem pro aliqua vt cum dicit homo currit ille termi
nus homo tenetur stare p sorte vel platone z cū s. vñ significa
tio pōr est suppone Scō dōcō qz significatio est vocis Sup
positio ē termi cōpositū ex voce z significatōe z supponere z sig
nificare non sunt idē. sed dōcō p locū a cōiugatis ¶ Itē tercio
Significatio est signi ad signatū Suppō s; o ē supponētis ad
suppositum ergo suppositio non est significatio ¶ Copulatio

est acceptio termini adiectivi pro aliquo

Uppositionū alia cōis alia discreta **S**uppositio cōis ē que fit p terminū cōem: vt hō aīal. Discreta est q̄ fit per terminū discretū: vt sortes plato **U**el terminū cōem cū pno/ mie demonstratio primitiē sp̄ci: vt iste hō q̄ est termin⁹ discret⁹

Suppōnum cōmuniū alia naturalis. alia accītal **S**uppo sitio natural est acceptio termi cōis p oibus his p q̄bus apte nat⁹ ē p̄cipari vt iste termin⁹ hō p se sumpt⁹ suppoit p oib⁹ hoib⁹ tā q̄ sunt q̄s q̄ erūt z q̄ fuerūt **A**ccītal suppo ē acceptio termini cōis p oibus his p quibus exigit suū adiunctū: vt hō currit iste termin⁹shomo supponit pro oibus hoibus presen tib⁹ **E**t cū d̄: homo fuit: vel hō cucurrit supponit pro hoibus preteritis **E**t cū d̄: homo erit: vel hō curret hō supponit p futuris **A**ccītalīū suppōnū alia simplex. alia personal **S**uppositio accītalīis simplex est acceptio termi cōis pro re vniuer sali significata p ip̄m terminū cōem: vt cū d̄: hō est sp̄s aīal ē genus iste termin⁹ hō suppoit p hoīe in cōi z nō pro inferiori **S**ilt̄ dicēdū ē de quolibet termino cōi: vt risibile ē pp̄iū. rōnale ē d̄nā. albū ā accīns. **I**tē suppōnū simplicīū. alia ē termi cōis in subiecto positi: vt hō ē sp̄s iste termin⁹ hō simplicem habz suppōnē: qz solū suppoit pro natura sp̄ci **A**lia ē termi cōis positi a pte predicati propōnis v̄lis affirmatiē vt oīs hō ē aīal ibi iste termin⁹ aīal in predicato positus simplicē hz suppōnē. qz solū suppoit pro natura sp̄ci. **A**lia est termini cōis positi post d̄cōe z exceptiuā. vt oē aīal preter hoīem ē irrōnale ibi iste ter/ min⁹ hoīem simplicē hz suppōnē. qz nō licet fieri descēsus sub ipso **S**ū nō seq̄tur oē aīal preter hoīem ē irrōnale ergo oē aīal preter hūc hoīem est irrōnale. z om̄e aīal preter istū hoīez ē ir/ rōnale. ex q̄ ibi ē fallacia figure d̄cōis pcedēdo a suppōne sim/ plici ad psonalē **S**ilt̄ hic: hō ē sp̄s ergo aliq̄s hō ē sp̄s **E**t hic. oīs hō ē aīal ergo oīs hō ē hoc aīal. in oib⁹ processib⁹ istis fit processus a suppōne simplicī ad psonalē **Q**uāt termin⁹ in predicato propōnis v̄lis affirmatiē posit⁹ simplicē habeat sup positōem patet. qz cū d̄: oīm oppositoz eadē ē d̄sciplīa qz nī si ille termin⁹ d̄sciplīa simplicem haberet suppōnez sic fieret descēsus sub ipso z eēt falsa **N**ulla em̄ p̄cularis d̄sciplīa ē oīz p̄trarioz **D**edicīa em̄ nō ē oīm cōtrarioz. sed solū sanī z egri **D**rāmatica nō est oīm cōtrarioz sed solū cōgruī z nō cōgruī

logica veri et falsi et ceteris Personalis suppositio est acceptio termini cuius per suis inferioribus. ut cum dicitur homo currit hic iste terminus homo supponit per suis inferioribus ¶ Personalium supponit alia est determinata. alia est confusa ¶ Determinata suppositio est acceptio termini cuius indefinite sumpti vel cum signo particulari. ut homo currit et alius homo currit Et dicitur determinata quia licet in utraque istarum terminus homo supponat per omni homine tam currente quam non currente. tamen per vno solo homine currente dicitur haec. et quia aliud est supponere aliud locutionem nequam vel falsam esse. per aliquam igitur in predictis iste terminus homo supponit per omni homine currente et non currente licet reddat propositionem veram pro vno determinato currente. Quia autem in utraque dictarum sit determinata suppositio patet quia cum dicitur animal est sortis vel animal est plato et ceteris. ergo animal est omnis homo. ibi est fallacia figure dicitur a pluribus determinatis ad vnam determinatam. ideo iste terminus animal indefinitum posuit habet determinatam suppositionem ¶ Confusa suppositio est acceptio termini cuius per pluribus mediante signo vltimo. ut cum dicitur omnis homo est animal. ibi iste terminus homo supponit per pluribus mediante signo vltimo quia supponit per quilibet supposito ¶ Confusarum supponit alia est confusa necessitate signi vel modi. et alia necessitate rei: ut cum dicitur omnis homo est animal ibi iste terminus homo mediante signo vltimo confunditur sine distribuitur per quilibet supposito et iste terminus animal a parte predicati positus confunditur necessitate rei Et cum vnicuique quod homo sua habet essentiam ideo hoc verbum est necessitate rei tenetur pro tota essentia pro quot hominibus tenetur iste terminus homo et cum vnicuique homini insit sua animalitas ideo iste terminus animal necessitate rei tenetur pro tota animalibus pro quot hominibus iste terminus homo et per quot essentias hoc verbum est ¶ Vnde iste terminus homo debet supponere confuse distributive et mobiliter quare confuse distributive quare tenetur pro omni homine quare mobiliter. quia licet fieri descensum sub eo pro quilibet suo supposito. ut omnis homo est animal. ergo sortis est animal Sed iste terminus animal dicitur confundi immobiliter quia licet fieri descensus sub eo: ut omnis homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal Ibi enim fit processus a simplici suppositione ad personalem. sicut hic. homo est dignissima creaturarum. ergo iste homo vel alius homo est dignissima creaturarum vel rosa est pulcherrimus florum: ergo aliqua rosa Sed dicitur in hoc quod istis est simplex suppositio ex parte subiecti in illa vero ex parte predicata licet videatur oppositum esse quod superius dictum est in hac propositione omnis homo est animal. iste terminus animal in predicato positus simpliciter habet sup

positionē z hic dicitur q̄ habet cōfusam Ad hoc v̄d̄m est f̄m quos
 dā q̄ q̄ genus p̄dicatur de plurib⁹ d̄n̄tib⁹ sp̄e iste termin⁹ ani
 mal quāq̄ tenetur p̄ ip̄o in cōi qd̄ ē gen⁹ sic h̄z simplicē suppo
 sitionē. Scdm̄ aut̄ q̄ ipsa natura cōis ipsi⁹ ḡnis multiplicat̄
 per supposita hoīs sic dicitur habere p̄fusaz supponē nō mobiliter
 sed immobiliter Suppō at̄ confusa immobil̄ p̄t cū simpli ci inci
 dere non f̄m idē sed f̄m diuersa vt dcm̄ ē Scdm̄ hoc v̄d̄m est.
 q̄ suppo mobil̄ nō p̄t simul eē cū simplici nec f̄m idēz nec f̄m
 diuersa vt dcm̄ est Sed ego credo impossibile esse terminū cō
 munē in predicato positū habere supponē simplicē z p̄fundī
 mobil̄ vel immobil̄ signo v̄li existēte in subiecto affirmatiuo
 vt oīs homo ē aīal qz vt vult Porphir⁹. Qm̄e quod predica
 tur de aliq̄ aut est maius aut est equale illi de quo predicatur
 Et intēdit de predicatōe p̄ se S; in hac ppōne. oīs hō est aīal
 est predicatio p̄ se. z nō predicatur equale. ergo maius nō acci
 dentale. ergo substāiale. non d̄n̄a neqz sp̄es. ergo genus S;
 natura ḡnis multiplicata mobil̄ vel immobiliter non est ge
 nus. ergo cū dicitur oīs homo ē aīal. cū ibi predicetur genus nō
 esset possibile terminū cōem multiplicari mobiliter vel immo
 biliter q̄ significat naturā generis que iam actu non esset gen⁹
 sicut si homo confunderetur mobiliter vel immobiliter iam
 non ē sp̄es ¶ Itē hoc idē videtur p̄ Aristotelē primo topicorū
 dicētē Nē quod de alio predicatur aut predicatur p̄uersim de
 eo aut nō Si cōuersim tūc ē definitio vel ppriū Si at̄ nō con
 uersim predicatur de re aut cadit in definitōe: rei aut nō. non
 tūc est accēs Si cadit in definitōem aut est genus aut differē
 tia non differētia ergo genus Et intēdit Aristo. q̄ ibi sit direc
 ta predicatio z sp̄es subijciatur f̄m se vel multiplicatur Sed i
 hac propositōe hō ē aīal est directa predicatio z subijciatur hō
 et nō equale predicatur neqz accēs. ergo genus Quare nō est
 possibile terminū cōem in predicato positū confundi mobil̄ l̄
 immobiliter Itē totum vniuersale quod est genus z totum in
 quantitate ex opposito se habent. sed totū in q̄titate est duplx
 quoddam est completum. vt vbiq̄qz confunditur termin⁹
 cōmunis mobil̄: vt oīs homo est aīal Aliud est incompletuz
 et diminutū: vt vbiq̄qz cōfunditur terminus cōis immobi
 liter z multiplicatur termin⁹ cōis simplr. ergo si impossibile ē
 totū in quantitate esse genus in q̄tuz hui⁹ non erit possibile

terminū cōem in p̄dicato positū cōfundi mobiliter vel immo-
biliter vt dicebatur Itē cōpatio illa s̄m quā inferiora īferūtur
ad superiora est opposita cōpatōi s̄z quā superiora reducūtur ad ī-
feriora. sed s̄m p̄mā sumitur cōe in rōne cōis. sed penes scōas
sumitur cōe multiplicatū siue p̄fusuz Lū ergo termin⁹ cōis vt
sic sit in rōne ḡnis non ē possibile ip̄m multiplicari ī q̄stū hui⁹
z hec q̄ttuor argumēta sunt cōcedēda ¶ Causa at̄ p̄ quā mo-
uebātur facilē ad soluedū q̄ tm̄ ē vna. qz cū d̄: ois hō ē aīal cū
vnicuiqz homi r̄ndeat sua aīalitas siue sua eētia cum nō pos-
sit eē homo. qn̄ sit aīal Ideo dixerūt q̄ iste termin⁹ aīal tenetur
pro tot aīalibz p̄ quot homibz tenetur hō ¶ Q̄ at̄ in illo argumē-
to nulla sit apparētia patz. qz cū d̄: ois hō est alb⁹. necesse est q̄
tot aīalitates intelligantur in subiecto quot sunt hoīes ī quibz
tenetur hō. z nō p̄t dici q̄ habeat illas aīalitates a predicato
cū ibi predicatur albū ¶ An̄ d̄m q̄ hō logice loquēdo nō natu-
ralr ex rōnali z aīali cōponitur ideo de se hz illaz aīalitatū m̄-
tiplicatōem. ergo hic. ois homo ē alb⁹ hō nullo mō hz aīalita-
tē in predicato. Sic at̄ ē in p̄posito cū ibi predicatur genus de
sp̄ vt ois hō ē aīal In hac em̄ p̄positōe subijcitur homo in q̄ i-
telligitur multitudo illaz aīalitatū Et predicatur hoc gen⁹
aīal qd̄ nullo mō cōfunditur mobiliter v̄l immobiliter sed stat
ibi p̄ natura seu essentia ipsius ḡnis cōis de pluribz predicabi-
lis. ¶ An̄ aīal predicatur z aīal intelligitur in subiecto sicut hic
oē aīal rōnale est aīal S̄lt̄ dico q̄ hoc s̄bum ē non p̄funditur
mobiliter vel immobilr. eo q̄ aīal eēt vel existeret in hoc hoīe
qz hoc hz subiectū de se anteqz in p̄positione subijciatur predi-
cato essentiali vel accidētali Et p̄pter hoc destruim⁹ quondaz
diuisionē factā s̄z Cōfusariū sup̄pōnū. alia ē confusa necessita-
te rei alia ē confusa necessitate signi seu modi. Dicimus em̄ q̄
ois confusio fit necessitate signi vel modi. vt cum d̄: oē aīal ra-
tionale est aīal. iste terminus animal in subiecto positus tene-
tur necessitate signi pro omni animali qd̄ est homo S̄lt̄ hic.
Om̄nis homo est aīal iste terminus homo tenetur pro omni
homine z non solū pro hoīe. sed etiam pro omni aīali quod est
homo. z ideo tot intelligūtur aīalitates quot humanitates na-
turaliter loquendo. qz eadem est humanitas in quolibet indi-
uiduo hoīs s̄m viā logico-rū. z nō s̄m viā nature sic hō in cōi-
dem est. ¶ An̄ q̄ sit hec aīalitas vel illa. hoc est rōne materie in

via em̄ nature humanitas mea differt ab humanitate tua p se z
 aia mea p q̄ causatur humanitas mea in me Alia ē ab aia tua p
 quā causatur humanitas tua in te Et ppter h̄ signū pfundit hoies
 nō cū pfundit aial in cōi s̄ aial cōtractū ad hiem p suas dīnas
 Unde seq̄tur q̄ om̄is pfusio fit necessitate signi vel mōi

¶ Finit tractatus septim⁹

Seq̄tur tractat⁹ octau⁹ de relatis

Relatiuū est duplex Uno mō relatiū est cui⁹ esse est
 ad aliud se habere z sic relatiū est vnū de decēz pōi
 cametis Aliud est relatiuū quod est ante late rei re-
 cordatiuū qz vt vult Priscianus in maiori suo vo-
 lumine Relatio est ante late rei recordatio: vt fortes currit qui
 mouetur vbi hoc relatiuū qui facit recordatiōem de sorte. q̄ est
 res antelata. Om̄is autem relatiuis s̄m̄ p̄mum modū de re
 latiuis secundo modo hic intendimus ¶ Relatiuorum autēz
 quedam sunt substantie: vt qui ille z similia. q̄dam accidentis
 vt talis qualis tantus quātus. Relatiū substantie est quod re-
 fert eandem rem in numero cū suo aīcedente: vt qui ille Item
 relatiuorū substantie. quedā sunt relatiua diuersitatis: vt ali⁹
 Et est illd̄ quod refert eandē rem in numero z suppoit pro alia
 vt fortes currit z alius disputat. Quedā vero sunt relatiua sub-
 stantie idētitatis vt qui ille idē. Vñ relatiū substantie idētita-
 tis est. quod refert z supponit p eodē in nūero p quo supponit
 suū antecedēs: vt fortes currit q̄ disputat ibi hoc relatiuū qui
 refert z supponit p sorte. Relatiuorū substantie idētitatis que-
 dam sunt noia. vt qui quedam pnomia: vt ille Itē relatiuorū
 pronōim idētitatis. quedā sunt reciproca: vt sui sibi se cūz suo
 possessiuo: vt suus sua suū Alia vero non reciproca: vt ille idē
 ¶ Relatiū autē reciprocū d̄r non q̄ sit patiens sed qz ponit mo-
 dū patientis supra substāciam agentē qz aliud est res patiens z
 aliud modus patientis. qd̄ patet per hoc q̄ ntūs potest esse pa-
 tiens vt fortes pcutitur sed nō potest habere modum patientis
 vñ modus patientis semp est in obliq̄s. z sic patet qd̄ aliū ē pa-
 tiēs z aliud ē modus patientis Si queratur quid addatur sus-
 pra patiens relatiū reciprocum Dicendū q̄ addit idētitatē s̄b-
 stantie z ponit eam sub mō patientis vt fortes videt se. ibi sub-
 stantia que p̄s̄erat agens ponitur sub mō patientis: vt in hoc

pronose se. Vñ reciprocū sic potest definiri. Reciprocū ē quod
significat substantiā agentē sub modo patientis. Vel sic. Reci
procū est idē quod sup̄ius passiuū. Et ideo hoc relatiū sui
significat p̄ modū patientis in quē d̄r trāsire act⁹. Ibi. n̄t̄s aut̄
significat p̄ modū agētis. Itē si queratur quare hoc p̄nomē sui
sibi se caret n̄t̄o. Solutio patet ex d̄cis qz agēs nō p̄t̄ significa
re patientis siue sub modo patientis nisi in obliq̄s. sed ipse n̄t̄s
d̄r modum agentis z ideo natura n̄t̄i repugnat nature huius
p̄nois sui z ideo nō potest habere n̄t̄m. Ex predictis patz qz re
latia idētitatis referunt eandem rem sub suo acc̄nte. z semper
supponūt p̄ eadē re in numero. Et ex hoc patz qz maior est certi
tudo p̄ relatiū idētitatis q̄ p̄ suū āns loco relatiū positū: vt hō
currit z hō disputat. qz dubiū est vtz de eodē hoīe dicatur. S̄z
cū d̄r hō currit z idē disputat. certū est qz de eodē hoīe dicatur
hoc em̄ patet p̄ Priscianū in maiori suo volumie. qz cū d̄r. A
yax veit ad troyam z ayax fortiter pugnavit. dubiū ē an de eo
dem ayace dicatur an de diuersis. Sed cū d̄r. Ayax veit ad tro
yam z idem fortiter pugnavit. de eodē ayace statim intelligitur.
Et sic patet qz maior ē certitudo p̄ relatiū idētitatis q̄ p̄ suum
āns loco relatiū positū. Solet aut̄ dubitari circa relatiā idē
titatis vtrū deceptio sc̄a ex diuersa relatiōe fiat. s̄z equocatōem
vel s̄m̄ amphibologia vel s̄m̄ aliquā aliā fallaciaz: vt dicendo
hō videt asinū q̄ est aīal. ibi hoc relatiū q̄ p̄t̄ referri ad hūc ter
minū homo vel ad hūc terminū asinus z sic ibi sunt diuerse re
latōes. ergo s̄m̄ aliquos solet ibi cōueniēter assignari equoca
tio. Sed cōtrariū arguitur hoc nomē q̄ s̄m̄ qz est relatiū signi
cat rem vnā equaliter se habentem ad illud qd̄ significat p̄ mo
dū substantie: vt color q̄ ē in corpe locus q̄ continet rē locatam
et sic de alijs. ergo deceptio facta ex diuersa relatiōe nō scit equi
uocatōem. ¶ Item hoc nomē q̄ s̄m̄ qz est nomen significat sub
stantiā infinitā sed ista substantia infinita apta nata est finitari
tā p̄ vnū āns q̄ p̄ aliud ergo cū illa substantia infinite sumpta in
se sit vna z p̄t̄ referre qd̄libet āns. ergo significatio hui⁹ relati
erit vna. quare sequitur qz ibi nō erit equuocatio. ¶ Item rō cuius
libet relatiū s̄m̄ qz est relatiū est tantū vna scz ante late rei recor
datū. ergo oē relatiū s̄m̄ qd̄ ē relatiū p̄cipat vnū nomē z v/
nā rōes. ergo relatiū nō est equocū sed vniuocū in q̄stū ē aū la
te rei recordatū. ergo p̄ticularia relatiua: vt qui ille z alijs in

quantū sunt relatiua suozū antecedentiū non sunt equooca. Sed si aliq̄s obijciat q̄ relatiua alteri⁹ ē rōnis in hoc antecedēte homo et alteri⁹ rōnis s̄m qd̄ tenet in hoc antecedēte a finis ergo est cōe et habet rōnes diuersas. et p̄ cōsequens est equocuz. Dōm qd̄ hoc argumentū nō valz. nā s̄lt̄ posset pbari qd̄ q̄libet vniuo cum esse equocū. qz animal habet rōem s̄m qd̄ ē homo et s̄z qd̄ est equus Et si hoc nomē aīal aliā hz rōem hic et ibi et est cōe nō tamē est equocū s̄z vniuo cū ita nec relatiua Soluedū est breuis ter qd̄ sicut vniuooca dicūtur habere eādē rōem non s̄m se. sed in vniuooco vniuoocante: vt homo bos equus et s̄ilia in animalī Ita s̄lt̄ relatiua dicuntur habere eādē rōem non s̄m se. sed in referēte sicut in relatiōe et etiā habent eādē nomē iō vniuoocatur in eo. Sed ille obijciat de rōnibus relatiōnū scdm se. et ideo cōcedimus qd̄ deceptio facta ex diuersa relatiōe nō est scdm eā uocatōem ¶ Itēz alia deceptio ē i ordinatiōe dēcōm inter se. ergo est in orōe qz ordinatio dēcōm nihil aliud est q̄ orō ergo non est equiuocatio. cū equuocatio solum fiat in vna dēcōne. Itē quod ibi non sit amphibologia pbatur qz vbi cūqz sit amphibologia ibi est constructio vni⁹ cū alio: vt in hoc exemplo liber Aristotelis. quo ad p̄mū modū q̄ ad secundū. vt litrus aratur q̄ ad tertium: vt scit seculum Et secundū hoc patet inductiue per omnes modos amphibologie quod vbi cūqz ē amphibologia ibi est cōstructio vni⁹ cum vno tm̄ sed vbi cūqz est diuersa relatio non est cōstructio vni⁹ cum vno tm̄. immo vni⁹ cū diuersis. ergo deceptio facta ex diuersa relatiōe non facit amphibologiam ¶ Item vbi cūqz ē deceptio ex eo quod aliqua dēcō potest referri ad diuersa est cōpositio vel diuisio. Sed deceptio ex diuersa relatione est ex eo quod aliqua dēcō potest referri ad diuersa. ergo deceptio facta ex diuersa relatione est cōpositio vel diuisio Et hec idem concedimus.

Equitur de relatiua diuersitatis. Vñ relatiua diuersitatis est quod suppoit p̄ alio ab eo quod refert: Ut sortes currit et ali⁹ disputat ibi hoc relatiua ali⁹ refert sorte et suppoit p̄ alio a sorte. et ita facit recordatiōem de sorte De relatiua autē diuersitatis talis datur regula Si relatiua diuersitatis addatur superiōri. tūc superius fit inferius Si addatur inferiōri inferius fit superius Verbi grā cum dicitur aliud ab animali. ergo aliud ab homine ibi locus ē a sp̄e ad gen⁹ siue a parte subiectiua ad suū

totum vniuersale qz in hac orōne aliud ab aīali hoc relatiuuz
diuersitatis aliud qz additur aīali qd̄ ē supius ad hoīem facit
ipsum inferius z qz additur inferiori cū b̄z aliud ab hoīe facit
ipsuz supius ergo aliud ab aīali ē inferius ad aliud ab hoīe r̄ō
est ibi locus a spē vl̄ a parte subiectiua De relatis idētitatis da
tur regula ab ātīq̄s Nulla ppositio inchoata a relatiuis idēti
tis h̄z cōtradictoriā. z assignat cām qz cū dicitur oīs hō currit
z ille disputat hoc relatiuū ille h̄z respectū ad hoc aīis hō pro
pter depēdētiā sue relatiōis sc̄z cū negatio adueit propositioni
inchoate a relatiōe dicēdo sic Ille nō disputat tunc negatio neg
gat verbū qd̄ sequitur z nō negat respectū relatiōis quē habet
ad aīis ergo negatio nō negat totū quicqd̄ affirmatō affirmat
ergo nō cōtradicit S̄z cū hoc sit ī q̄libet ppositōne inchoata a
relatiōe sequitur q̄ nulla ppositio inchoata a relatiōe habet cō
tradictoriā Sed cōtra hoc obijcitur Quicqd̄ cōtingit affirma
re contingit z negare de quolibet supposito sed v̄bū contingit
affirmare de quolibet supposito ergo contingit z negare de q̄
libet supposito dictionis relatiue. ergo quelibet propō incho
ata a relatiōe habet contradictoriā. Itē quelibet ppositio siue
enūciatio vnā habet contradictoriā. s̄z ppositio inchoata a
relatiōe dummodo ibi non sit aliqua dictio equoca neqz plu
ra subijciatur neqz predicetur ē vnā ppositio ergo propōsi
tio inchoata a relatiōe h̄z contradictoriā Itē dicit Aristoteles pri
mo peribermēnias q̄ vni affirmatōi vnā negatio est opposita
ergo affirmatōi inchoate a relatiōe negatio vnā ē opposita qd̄
concedim⁹ dicētes predictā esse falsam. Ad rationē eoz respō
demus q̄ relatiuū comparatur ad aīis et pparatur ad v̄bū cui
subijcitur Unde cū affirmatio z negatio sit oratio affirmatiua
vel negatiua alicuius de aliquo vl̄ alicuius ab aliquo hoc est
predicati de subiecto Et ita sicut patet per definitionē predica
tam affirmationis z negationis affirmatio z negatio respiciūt
tantūmodo comparationē subiecti ad predicatū ergo a propōsi
tione inchoata a relatiōe tantūmō sumitur contradictoriū. p
comparatōem relatiui ad verbū cui subijcitur z non p compara
tionem relatiui ad aīis nā ille respect⁹ non est ibi ppter natu
rā affirmatōis nec propter depēdētiā subiecti in q̄tū est sub
iectum s̄z propter depēdētiā ei⁹ z qd̄ ē subiectū qz aliud ē sub
iectū in q̄tū subiectū z id qd̄ est subiectum. z aliud predicatū

et id quod est predicatum Et sic quicquid affirmatur in propositione
 a a relatio negatur in sua contradictoria quia contradictoria ista
 us ille disputat est illa: non ille disputat negatione proposita relatio
De relatio identitatis non reciproco talis datur regula **O**m
 ne relatio identitatis non reciproco habet eandem suppositionem quam
 habet sui antis: ut cum dicitur. omnis homo currit et ille est fortis hoc
 relatio ille supponit pro omni homine. quia sensus est. omnis homo cur
 rit et ille est fortis. id est omnis homo est fortis Dico autem non recip
 ium quia cum dicitur omnis homo videt se. non est sensus omnis homo vi
 det omnem hominem. unde loco relatiui se non licet ponere suum
 antecedens loco vero alterius licet ponere

Ab isto de relatio substantie dicitur est de relatio acciden
 tis Relatio autem accitatis est quod refert eandem rem per modum
 denotationis. ut tale quale **U**n bec est dicitur relatio substantie ad
 relatio accitatis. quia relatiuum substantie refert rem vniuocam per mo
 dum quod quod est: ut albedo quod est in pariete. color quod est in corpore **R**e
 latiuium autem accitatis est quod refert rem per modum denotationis: ut for
 tes est albus et talis est plato **A**lia autem dicitur datur eorundem quia relatiuum
 substantie refert idem in numero Relatiuum vero accitatis refert idem in
 specie ut fortis est albus et talis est plato. quia idem accitatis in numero non potest esse
 in diuersis subiectis sed bene idem in specie Relatiuorum accitatis aliud est
 relatiuum identitatis: ut talis. aliud vero diuersitatis: ut alterius
 modi Relatiuum accitatis identitatis est quod refert eandem qualitates
 in specie et supponit pro eadem specie: ut fortis est albus et talis est plato
 Relatiuum autem accitatis diuersitatis est quod refert eandem qualita
 tem in specie. sed supponit pro alia diuersa in specie: ut fortis est albus
 et alteriusmodi est plato **D**iffert autem relatiuum substantie identitatis
 a relatio accitatis identitatis: quia relatiuum identitatis substantie ref
 fert eandem substantiam in numero Relatiuum autem identitatis accitatis
 non refert idem accitatis in numero. sed solum idem accitatis in specie **R**ela
 tiuorum accitatis identitatis aliud est relatiuum quantitatis continue ut
 tantus. aliud vero quantitatis discrete: ut tot quot **I**tem relatio
 rum numerorum quidam sunt nomina: ut tot idem. quod dicitur sunt aduerbia
 ut totiens **S**ciendum quod talis talis tot totiens totidem prout dicitur
 relatio reductiua et demonstratiua Relatio prout si ad prout referat
 tur demonstratiua ut cum dicimus demonstrando mare tale est riu
 beum demonstrando hercule talis fuit plerumque Si autem non referan
 tur ad prout sive per demonstrationem rerum prout tunc sunt reducti

ua q: reddūt interrogatōem h̄cedentē. vt qualis est plato ⁊ res
pōdetur talis qual' ē s̄ortes Relatiō qñ sine interrogatōe p̄ferū
tur: vt talis ē s̄ortes q̄lis ē plato Et qñ ad noīa adiectiua sp̄cālīū
accidētīū ducūtur: vt ethiops est niger ⁊ talis ē coru' ⁊ s̄ortes
fuit albo ⁊ talis fuit plato Et hec de relatis dicta sufficiant

**¶ Finit tractat' octau'. Sequitur
tractat' non' de ampliatiōe**

Personalis suppositio ē acceptio termi cōis p suis
inferioribz. cuius alia ē determinata alia cōfusa: vt
bus patuit. ¶ Itē psonalis sup̄ō. alia ē restricta.
alia ampliata Et ita ampliatio ⁊ restrictio habēt fieri circa sup
pōnē psonalē Restrictio ē coartatō termi cōis a maiori sup̄ōe
ad minorē: vt cū dī: hō albo currit hoc adiectiū albus restrict
hoīem ad supponēdū n̄m p albis. ¶ Ampliatio ē extēriō termi
cōis a mīori sup̄ōe ad maiorē: vt hō p̄t eē antichrist'. iste ter
min' hō nō sup̄ōit solū p his q̄ s̄t. sed etiā p his q̄ erūt vñ am
pliā ad futuros Dico autē termi cōis q: termin' singularis vt
plato nō āpliā neq: restrict' ¶ Ampliatiōm alia fit p ūbū: vt p
hoc ūbū p̄t: vt hō potest eē ātichrist' Alia fit p nomē. vt hoīez
esse ātichristū est possibile Alia p p̄cipiū: vt hō potēs eē niger
Alia p aduerbiū: vt hō necessario p̄t eē aīal homo em̄ nō solus
sup̄ōit p p̄nti tpe. sed etiā p futuro Et idō sequitur alia diuisiō
ampliatiōis. scz Ampliatiōm alia fit respectu suppositoꝝ vt hō
potest esse ātichrist' Alia fit respectu tēporū: vt homo necessa
rio est aīal vt d̄c̄m̄ est De ampliatiōe que fit rōne suppositoꝝ
talīs datur regula Terminus cōis supponens verbo habenti
vim ampliandi a se. vel ab alio ampliatur ad ea q̄ possunt esse
sub forma termi supponentis: vt homo potest esse aīal. hic ille
terminus homo nō solū sup̄ōit pro p̄ntibz sed etiā ampliatur
ad oēs qui erūt Dico autē a se q: hoc ūbū potest de se habet viz
ampliandi Dico autē vel ab alio q: hoc p̄cipiū potens ⁊ hoc
nomen possibile dat v̄tutem ampliandi ūbo cui adiunguntur
vt homo potēs est esse aīal. vel aīal possibile est esse albū ⁊ c̄hs
¶ De ampliatiōe autē que fit rōe t̄pis talis datur regula Termi
nus cōis supponēs vel apponens verbo habenti vim ampliā
di quo ad t̄ps supponit p his que sunt que erūt vel que fuerūt
vt homo necessario est aīal. ibi tam homo q̄ aīal tenetur p his

que sunt & querunt ¶ Circa p̄dicta q̄ritur de hoc sophismate.
 Impossibile potest esse verū. Probat q̄ illud q̄d est vel erit ipo-
 ssibile potest eē verū. sed antichristū nō fuisse post tēpus suū ē
 impossibile & nō potest eē possibile & verū. ergo impossibile p̄
 esse verū ¶ Cōtra Quicqd̄ p̄t eē verū est possibile s̄ impossibile
 potest eē verū ergo impossibile est possibile. In tercio mō p̄me
 figure sed cōclusio ē falsa. ergo aliqua p̄missariū. nō maior ergo
 minor sed illa est sophisma ergo sophisma est falsum Solutio
 Sophisma simplr̄ est falsum & p̄batio peccat penes fallacias
 accētis q̄ cū dico id q̄d est vel erit impossibile duo dico scilicet
 subjectū illius possibilitatis siue ip̄m impossibile illud q̄d ē vl̄
 erit est res subiecta & impossibile accidit ei & posse eē verū assignat
 utrius inesse Sicut hec antichristū nō fuisse erit impossibi-
 le sed antichristū nō fuisse potest esse verū ergo impossibile po-
 test esse verum nō valet. q̄ antichristū non fuisse est res subiec-
 ta & impossibile est accidēs & potest esse verū assignatur utrius
 inesse Et tantum de ampliacionibus.

**¶ Finit tractatus Bonus Sequitur
 tractatus Decimus de appellatione**

¶ Appellatio est acceptio termi p̄ re existēte Dico aē
 pro re exīte q̄ termin⁹ significās non ens nō ap-
 pellant: vt cesar antichristus vel chimera Differt
 autē appellatio a significōe & sup̄pōe. q̄ appellatio ē tm̄ de re ex-
 istēte. sed sup̄pō & significatio s̄ tā p̄ re existēte q̄ p̄ nō re exīte
 vt antichristus significat antichristū & sup̄pōit p̄ antichristo. s̄
 nō appellat Hō em̄ significat hoīem. & de natura sua supponit
 tam p̄ existētib⁹ q̄ p̄ nō existētib⁹ hoīb⁹ appellat autē existētes
 hoīes tantum ¶ Appellationū autē alia est termi cōis: vt hō
 alia est termi dīscerri vel singularis: vt sortes. Termin⁹ singu-
 laris idē significat sup̄pōit & appellat sc̄z rem existētem: vt pe-
 trus vel iōānes ¶ Item appellationū termi cōis alia est termi
 ni cōis p̄ re in cōi vel q̄n̄ termin⁹ cōis habet simplicē sup̄pōez
 vt homo est sp̄s. alia est genus Et tūc terminus idem suppo-
 nit appellat: vt homo significat hominē in cōmuni
